



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Admirandvm vindictae divinae theatrvm

Tympe, Matthäus

Monasterii Westphaliae, 1611

S.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51314)

si pater tuus viueret, an te innuptam viuere
pateretur? respondisse eam, Et ideo fortasse
mortuus est ne impedire posset. Neque vero
multum temporis intercessisse cum hic qui i-
ta instabat, morte sublatus est, tamq; persua-
sum fuisse omnibus ob hanc caussam esse sub-
latum vt cæteri, idem sibi quisq; metuentes,
saure cœperint, qui antea tãtopere repugna-
bant.

vi exc. 2. in
loco de Pa-
rentib. &c.

*RELIQUIAS SANCTORVM
violantes puniuntur.*

Cum Calvinistæ Turonis ossa S. Martini
in ignem coniecissent ad internecionem
cuncti à Catholicis miserrimè bis fuere con-
cili, vlciscente Deo iniurias sanctissimi viri.

Tho. Boz.
desig. Eccl.
Tom. 2. si-
gno 96. c. 3

SACRILEGORVM POENAE.

Phocenses templum Apollinis occupaue-
re, inde auro & pecunia diuites conducto
mercenario milite bellum Thebanis intule-
runt. Contra hos Thebani Thessaliq; Philip-
pum Macedoniae Regem ducem eligunt qui
quasi sacrilegij vltor esset, omnes milites co-
ronas laureas sumere iubet, atq; ita veluti Deo
duce in prælium pergit. Phocenses insignibus
Dei conspectis, conscientia delictorum terri-
ti abiectis armis fugam capessunt, pœnasque
violatae religionis sanguine & cædibus suis
pendunt. Recte ergo Baptista Fulgosius ait:
Gentilium religio etsi à veri Dei cultu pluri-

I.
Iust. lib. 8.

Prædones
templorū
puniuntur:
seu bono-
rum Eccle-
siarum in-
uasores, &
vltorato-
res diuini-
tus immi-
sa vindicta
percellit.

Ff 3 mum

Religionis
sanctitas
gravi sem-
per vitione
defese aut
in signi ho-
minū clade
vindicta.
Sabell.

2.
3.
4.
Cap. 54.

5.

6.

Pausan. li.
10. Iustin.
lib. 24.

mum aberat, tamen cum melioris cognitio-
nem nullam haberent, haud incredibile vide-
tur, Deo ipsi immortali non ea quæ gentiles
vel colebant vel credebāt, sed ipsorum, in eo
quod recte se credere arbitrabantur, ardore
studium singularemq; obseruantiam non ingra-
tam fuisse: id quod multis portentis præcipue
aduersus religionis violatores ostendebatur.

2. Catilinam nunquam permisissent Dijs, ut
Sallust, vinci, nisi templum ipsis cōsecratum
spoliasset. M. Marcellus eo ipso die quo Fe-
bruxæ templum cremauit in pugna cæsus est.
Iulium Cæsarem Suetonius refert ab eo
tempore quo sana ac templa Deorum in Cal-
lia expilauit noctu semper à Dijs perterref-
ctum.

5. Xerxes Græciæ bellum illaturus ante om-
nia quatuor equitum & totidem peditum mil-
lia Delphos, vt templum Apollinis quod ibi
erat euerterent, præmisit. Cum autem iam
barbari templum Apollinis quod enersum ha-
bant in conspectu haberent, tam atrox sub-
ito tempestas illos oppressit vt grandine ac
fulminibus in campis illis exanimarentur v-
niuersi.

6. Brennus vnus è clarissimis Gallorum du-
cibus cum Græcos vicisset omnes templorum
thesauros diripere decreuit. locupletes Deos
largiri hominibus oportere inquit, &c.
Cum ergo primum templum spoliarent tur-
tis sagittarum imbribus obruti fuerunt, vt
Bren-

Brennus dux occumberet, & ex tanto exercitu nemo vel nuncius ad memoriam tantæ clavis superesset.

Sextus Pompeius prælio nauali ab Octavio Augusto victus cum stipendia milites flagrant, nec haberet unde illis satisfaceret, iussit ut templo Iunonis everso thesaurisque divinis ipsi sibi facerent satis. Non diu post Sextus Pompeius ab equitibus M. Antonij fuit captus & ad Titium copiarum illius præfectum deductus qui his illum verbis compellavit: Non te, mihi crede, occidi, Sexte Pompei, iubeo propter illatas M. Antonio domino meo iniurias, sed quod templum evertisti & spoliasti Iunonis, cum te non fugerent bonos duces inimicitias obliuisci aduersariorum & iniurias persequi Deorum offensorum debere. Recte hæc Titius, nam leges humanæ non minus capitis damnant eum qui domum (regiam) principis oppugnat aut spoliat, quam qui violentas corpori manus adfert.

Rex Ioas thesauros templi temerè surripens à seruis suis est interfectus.

Dan. I. 4. & 5. ca. Agitur de pœna Nabuchodonosoris Regis qui abstulit vasa domus Dei: senum ut bos comedit, &c. & de funesto casu Balthazaris Regis qui sacris vasis temulentus abutebatur: apparuerunt digiti, &c.

1. Machab. c. 1. 2. 6. Narratur prolixè quomodo scelestissimus Rex Antiochus obprobriatus

Ff 4 natum

7.
Appian.
li. 5. annal.

Dio li. 49.

Polyb. De-
struere tē-
pla rabiosi
hominis
est ac plane
furentis.
Tacit. Sit
sane lentus
in suo do-
lore Prins-
ceps. Reip.
iniurias ne
largiatur.

8.
4. Reg 12.
2. Par. 26.

9.

10.

11.

- natum & spoliatum templum Hierosolymitanum varijs malis ac doloribus afflictus miserissima & horribili morte meruerit interire.
12. 2. Mac. 3. Heliodorum templum Hierosolymitanum diripientem angeli duo flagrantissime & largissime cooperuerunt. Et cum non pareret Onig docenti pecunias templi esse sacras & dicatas, nec nisi in usum pauperum, viduarum, pupillorum, & ministrorum Deo conferendas, populo & clero ad precandum Deum contra sacrilegium confugiente ab eoque terribili diuinitus in terram elisus, a duobus angelis lethaliter flagellatus, vixque vitæ precibus & sacrificio Pontificis redditis, re infecta redire coactus est. Nec ærarium Domini pecunijs expilare potuit.
13. 2. Mac. cap. 4. & 8. Lyfimachus multis in templo commissis sacrilegijs ante ærarium interficitur. Callisthenes cum sacras ianuas incendisset, incendio consumitur. Capite sacrilegum Menelaum ducem & hortatorem
14. Antiochi ad expilandum templum & vasa Deo consecrata auferenda grauis pœna subsequitur.
15. Erat quidam Iudæus qui, ne legibus pœnas daret, metu solum verterat, vir modis omnibus pessimus, is Romæ agens gerebat pro Mosaicæ legis interprete, ascitis in societatem tribus alijs per omnia sui similibus. His cum se in disciplinam dedisset Fulvia mulier nobilis amplexa legem Mosaicam, pertraxit

vi. Ioseph.
ca. 4. li. de
Macc.

vi. c. 9. li. 1.
Mac.

Hierosolymitanum templum mitteret, quæ accepta in proprios usus verterunt, quod ante destinaverant. Id postquam Tiberius Casar ex amico suo Saturnino ipsius Fulviæ marito de iniuria coniugi facta quæsto cognouit, iussit vniuersos Iudæos ex vrbe pelli, ex quibus confules, delectu habito, quatuor millia militum miserunt in Sardiniam: plurimos etiam, qui ob patriam religionem detrectabant militiam, affecerunt pœnis grauissimis. Ita propter quatuor sacrilegos omnes Iudæi coacti sunt vrbe cedere. Ioseph. li. 18. antiq. c. 5.

Vasa Hierosolymitani templi à Tito Vespasiano capta & à Genferico Vandalo Roma inter alia spolia in Africam delata, & per multas Romanorum & Vandalorum principum familias vagata omnibus possessoribus vindictis euersisq; nonante quieuerunt quàm Vandalorum imperio deleto Belisarij ductu, captoq; Gilimere postremo eius gentis Rege, Iustiniani Augusti iussu Hierosolymam sunt relata, nobilissimo triumpho post tot ætates de religionis hostibus suisq; violatoribus parato: Ioan. Marian. li. 1. de Rege, & c. c. 10. vbi & de pœnis M. Crassi, Cn. Pompeij, Antiochi, Nabuchod & c. Baron. Anno Chr. 534. ex lib. 1. Procopij, de bello VVand.

Plutarchus de sacrilego sui proditore: Erat inquit, apud Lacedæmonios delubrum Palladis æreum, id sacrilegi quidam spoliabant, &

Ff 5 reper-

17.

Plin. à pens
nis aquile
aliarum ac
litum pens
næ ijs mix
tæ deuorā
tur: alij me
morant de
lupinis si
dibus si
cum ouil
lis in vna
chely intē.
dantur eas
arroderē,
occulta
quadā vi
naturæ.

18.

reperita est in templo lagena vacua. factio igitur populi concursu plerique disputabant quid sibi vellent ea lagena. Hic quidam ex astantibus: Si vultis, inquit, exponam quid ego coniecerem de lagena. arbitror sacrilegos cum hoc facinus adornarent, aconitum bibisse, atque hoc consilio vinum detulisse secum ut si rem perficerent & latere contingeret mero epoto ac veneni vi diluta discederent incolumes, minus expedito genere mortis, quod doloris sensu vacaret, effugerent quaestiois tormenta. Haec cum ita narraret, non quasi diuturnans, sed quasi rem compertam haberet, alius aliunde coepit appellare hominem. Huius tu quis es? quis te nouit in hac vrbe? unde ista tam exacte scire potuisti? quid multis comprehensus est miser & sacrilegium confessus est, &c.

19.
lib. 2. c. 17.

Maledictio illos sequi non desinit qui res Ecclesie inuadunt.

Gregorius Turon. De gloria martyrum narrat quendam qui in Gallia oues Ecclesie S. Iuliani abstulerat diuina ultione comburisse, adeo ut membra eius tanquam ex vero incendio nigredinem contraherent, actantus inde foetor exhalaret, ut ab astantibus tolerari vix posset, quibus recedentibus spiritum exhalauit. De quo haud dubium est, ait Greg. qualem illic teneat locum, qui hinc cum tali decessit iudicio.

20.
Mirac. 5.

Idem Gregorius refert historiam, quae docet non sine diuina ultione peccare

qui vel minimum quid è rebus Ecclesiæ au-
 ferunt, quæ vel seruentium vsui vel paupe-
 rum alimonijs sunt destinatæ his verbis: An-
 te ædis S. Martini porticum vitium, came-
 ra extensa per traduces dependentibus vuis
 quasi picta vernabat. Cumque Rex (Miro)
 sub hac præteriens camera hoc templum a-
 daret, dixit suis: Cauete ne contingatis v-
 num ex his botrionibus, ne forte offensam
 sancti eius incurratis. omnia enim quæ ha-
 bentur in hoc atrio, ipsi sacrata sunt. Hoc
 audiens vnus puerorum, ait intra se: vtrum
 sint hæc huic sancto consecrata, an non,
 ignoro. vnum scio, quia deliberatio ani-
 mi mei est de his vesci. Et statim iniecta
 manu botrionis caudam cœpit incidere,
 protinusque dextera eius adhærens came-
 ra arente lacerto dirigit. Erat autem mi-
 mus Regis, qui ei per verba iocularia læti-
 tiam erat solitus excitare; sed non eum adiu-
 uit cachinnus aliquis, neque præstigium ar-
 tis suæ, sed cogente dolore voces dare cœ-
 pit, ac dicere: Succurrite, viri, misero: sub-
 uenite oppresso, releuate appensum, & S.
 Antistitis virtutem deprecamini, quia tali
 exitu crucior, tali plaga affligor, tali incisio-
 ne disiungor. Egressus quoque Rex cum ea
 quæ acta fuerant didicisset, tanto furore con-
 tra puerum est accensus, vt eius manum vel-
 let incidere, si à suis prohibitus non fuisset.

Dicen-

Martini
lib. 4. c. 7.

Si Deus, vt
sacrilegos,
iogeni sup-
plicio affe-
cit Ecclesia
rum orna-
mētorum
expilato-
res, ergo
maximis
præmijs
augebit re-
ligiosos vis-
ros, eorum-
dem largi-
tores.

Dicentibus tamen præterea famulis: Noli Rex, iudicio Dei tuam adiungere ultionem, ne forte iniuriam quam minaris puero, in te retorqueas. Tunc ille compunctus corde, ingressus basilicam, prostratus coram sancto altari, cum lacrymis preces fudit ad Dominum, nec antea à pavimento surrexit, quàm flumen oculorù huius paginam delicti deleteret. Quo à vinculo, quo nexus fuerat, absoluto, ac in basilicam ingressus, Rex eleuatur è solo, & sic recipiens incolumem famulum palatium repetiuit.

lib. 4. c. 16.
Blasphemus in Sanctos puni-
tur.

Leo Pictauiensis, vt Greg. refert Turonos, fertur dixisse, quod Martinus & Martialis confessores nihil Fisci viribus vtile reliquerunt, & statim percussus à virtute cõfessorum, surdus & mutus effectus amens est mortuus. Venit enim miser ad basilicam S. Martini Turonos, celebrauit que vigilias, dedit munera, sed non eum respexit virtus consueta, cum ipsa enim qua venerat infirmitate regressus est. hæc Greg. Inhiasse hominem rapacem in bona Ecclesię ultio secuta declarat.

22.
de glor.
mart. c. 66.
Cõplures
alios illis
temporib'
inieisse
manus in
bona Eccle-
siastica alia

Idem Greg. Quinq; ait, viri sacrosanctum oratorium domus Iciacensis furtim appensus, habentur autem in eo S. Saturnini reliquie, interruptoque ablatis palliolis vel reliquijs ministerij ornamentis, nocte tegente, dilacerant. Sed presbyter recognoscens furtum, ac inter vicinos scrutans, nullum potuit reperire, his quæ ablata fuerant indicium reperit.

protinus vero latrones, qui hæc admiserant, in Aurelianense se territorium transtulerunt, diuisisque rebus, accepit unusquisque partem suam, sed mox insequente ultione diuina, quatuor in seditionibus interfecti sunt: quintus vero totam furti huius hæreditatem superstes remanens vendicauit. Sed ubi hæc in domum suam contulit statim, obtestis sanguine oculis, excæcatus est. Tunc compunctus tam doloribus quàm inspiratione diuina, vouit, dicens: Si respexerit Deus miseriam meam, & mihi visum reddiderit, referam loco illi sancto quæ abstuli. Et hæc cum lacrymis orans, visum recepit. Accedens vero ad oppidum Aurelianense, prouidente Deo, diaconum Aruernensem inuenit, cui traditis rebus, suppliciter exorauit, ut easdem oratorio restitueret, quod diaconus deuotus impleuit. hæc Greg.

Leo 4. Imp. Constantini Copronymi filius cum auream coronam quam Mauritius in Ecclesia S. Sophiae Deo sacrauerat inde ablatam suo capiti imponeret mox in febrem lethiferam incidit. Atq; ut constaret mortem illam non fuisse naturalem, sed ultione cælesti inflictam, simul etiam vlcus in eius corpore erupit cui carbunculo nomen erat, quo nomine & gemmæ quibus diadema illud insignitum erat appellatae fuere.

Victor lib. 1. de persec. Vandalica, proculum quendam Arianum in rabiem versum frustra-

exempla
diuinæ vl-
tionis in e-
os immis-
sa tunc de-
monstras-
runt, de
quibus Ba-
ron. Anno
Chr. 556.

23.
Zon. &
Paul. diac.

24.
haud dubie
fuit obses-
sus.

frustillatim sibi linguam comedisse seu vorasse & turpissima morte consumptum esse, ait, quia de pallis altaris sibi camisas & femoralia fecisset.

25.
lib. 4. de
gest. Fran.
c. 47. 48.

Greg. Turon. lib. de gloria plurimorum confess. c. 63. testis est quoddam in alpibus dirupta sub pedibus terra viuos ac horrendi in modum vociferantes in tartarum descēdit, eo quod calicem aureum à Leone imp. Ecclesiæ Lugdunensi dono missum adulterare, parte detracta & argento in eius locum substituto, conarentur.

26.

Viginti milites, teste Gregor. Tur. monasterium in quo B. Martini erant reliquæ ingrediuntur, monachos cedunt, monasterium euertunt, resq; diripiunt, de quibus facientes sarcinas naui imponunt, ingressiq; statim protinus vibrāte carina huc illucq; feruntur. Cumq; amisso auxilio remorum, hastilibus lancearum in fundo alvei defixis, remeare conarentur, naui sub pedibus eorum debilitata, & vnusquisque ferrum quod contra se tenebat pectori defigit, transuerberatiq; cuncti proprijs iaculis interimuntur. vnus tantum ex ipsis qui eos increpabat ne ista committerent, remansit illæsus, &c. hæc Greg. sui temporis suæq; regionis res gestas describens. Sacrilégi suis ipsorum singuli armis confisi perierunt, quo discant impij passuros se videlicet Deum cum in res ipsi dicatas insurgent.

27.

Cum Charibertus Rex Francorum in loco

quodam quem basilica S. Martini possidebat, Anno
 quasi ipse possessor eius esset, equos suos iussit Chr. 572.
 & equi coaceruatum scenum cœpissent com-
 edere, corripuntur rabie, & frementes ad
 inuicem, disruptis locis per plana resiliunt &
 insugam vertuntur, & sic malè dispersi alij
 excæcantur, alij rupibus præcipitantur, alij se
 sepibus ingerentes palorum acum inibus trās-
 fodiuntur. Stabularij nunciarunt Regi rem
 illam (Ecclesie) iniustissime detineri. Et dixe-
 runt, dimitte eam, & erit pax tibi. Qui furore
 repletus dixisse fertur: Sive iuste sive iniuste
 reddi deberet, regnante me hanc basilicā non
 habebit. Et p̄tinus diuina iussione obiit. Hæc
 prolixius Gregor. Turonen. de mirac. S. Mar-
 tini lib. 1. cap. 29. Sic rem gestam concludens:
 audite hæc omnes potestatem habentes: sic ve-
 stite alios vt alios non spolietis: hoc adiungi-
 te veltris diuitijs vt damna non inferatis Ec-
 clesijs: vindex est enim Deus velociter seruo-
 rum suorum.

Idem (li. 1. de glor. mart. c. 105.) de militi-
 bus qui basilicam S. Vincentij martyris in
 Francia inuaserunt ait: alij à dæmone corre-
 pti, nonnulli in flumine Garumnæ necati,
 multi etiam à frigore occupati diuersis in par-
 tibus diuersorū morborum genere vexaban-
 tur, & c. li. 7. hist. c. 21. plerisq; ait, manus diui-
 nitus vrebantur, emittentes fumum magnum
 sicut ex incendio surgere solet, & c. plurimi
 proprijs se iaculis sauciabant.

Franco

28.

29.
id de glot.
Conf. c. 71.
Nota zelū
Episcopi.

Typus is e
rac dereli-
cti penitus
loci.

Child. dat
pœnas pa-
trati scele-
ris.

Franco Episcopus Aquensis à Childerico
qui tunc primus apud Sigebertum Regem
(Frācorum) habebatur, villa Ecclesię Aquen-
sis spoliatus, & trecentis aureis condemnatus,
prostratus in oratione coram sepulchro San-
cti (Metrię) ait: Non hic accendetur lumen,
neq; psalmodum modulatio canetur, glori-
sissime sancte, nisi prius vlciscaris seruos tuos
de inimicis suis resq; tibi violenter ablatas
Ecclesię sanctę restituas. Hęc cum lacrymis
effatus fentes cum acutis aculeis super tumu-
lum proiecit. Egressusq; clausis ostijs stric-
ter in ingressu alias collocavit. Nec mora, con-
ripitur peruasor à febre, decumbit in lectulo,
exhorret cibum, fastidit & potum, profusa-
stans iuge suspirium, cui etiamli interdum
ab ardore febris sitis accederet, aquam tu-
tum, nihil aliud hauriebat. Quid plura? in hac
egrotatione integrum ducit annum, sed mens
praua non flectitur. interea labitur caesari
cuncta cum barba, & ita omne caput reman-
nudum, &c. His & talibus miser afflictus mi-
lis sero recogitat dicens: Peccaui eo quod es
spoliauerim Ecclesiam Dei atque Episcopo
sancto intulerim iniuriam. Nunc autem
quantocyus, & reddita villa sexcentos aureos
super tumulum sancti deponite, hoc ubi
ctum esset, ille statim spiritum exhalauit,
cratusq; est detrimentum animę per adre-
nem acquisitionis iniquę, &c. Pluribus
Greg. ostendens renouatum Antiochi ex-

plum, qui licet in extremis positus violati
templi Dei pœnitentiam præ se tulerit, abla-
taque restitui præcepisset, ab ægritudine ta-
men qua detinebatur haud valuit conuale-
scere.

In insula Paro ex templo Dei matris pul-
cherrimo barbarus quidam pirata, Nisirus no-
mine, Arabs genere, Cretensium classis præfe-
ctus, lapidem quendam admodum formo-
sum in Cretam tentavit abducere, & illius san-
ctitatem idolorum superstitione polluere.
Hæc eo cogitante, ac petram amouente, diui-
no nutu in eam granditatem pulcherrimus il-
le lapis excreuit, vt eius immensitatem cape-
re templi porta non posset. Id cum vidisset
Arabs atq; integrum deportare se posse diffi-
deret, furijs incitatus diffringi iubet, & in par-
tes diuisum dissectumq; transferri. Sed diui-
nus iudex pœnas ab improbissimo latrone
haud sero repetiuit, cum enim ad Euboeæ
promontorium quod Xylophagum appel-
lant (naues enim compactas ex ligno demer-
git) peruenisset, naufragium audacissimus pi-
rata fecit, mariniq; fluctus diuinæ vltionis ad-
ministrari nefarium prædonem hostemque sa-
crorum penitus obruerunt, exemploque fuit
quàm illis perperam res cedat qui in Virginis
dona conantur inuadere.

Sanctissimæ Dei matris nomini consecra-
ti Augustæ vrbis templi tanta olim sanctitas
& religio fuit, vt ex eo sacrilega manus nun-
quam

Gg

quam

Terribilis
plane cuna
ctisq; mors
talibus per-
tinefcēda
mors An-
nochi.

30.

Simeō Me-
taph in vi-
ta S. Theo-
stistæ in
Nov.
vi. locos de
Iconomas-
chis, & de
Maria.

31.

Authore
Bernone
Abbate

Angiense
in vita V.
dalrici E-
pisc. Au-
gustani.

quam quicquam impune sustulerit. Ex rap-
toribus vnus furens amentia manus sibi ipse
lacerauit, neque prius sui dilaniandi atque
mordendi finem fecit, quàm à seipso misere
discerptus interiit.

32.

Alter librū ex eodem loco furatus vēdit,
cumq; libri precio equum coemisset, domum
deduxisset, præsente, audienteq; vxore, equi
pulchritudinem præstantiamq; laudasset, si-
bi de animalis commoditatibus explauisset,
librum qui tam utilis fructuosusq; fuisset
restitui debere negasset, cordata prudensq;
vxor contra exclamauit, vtinam ne librum,
ô coniux, attigisses. perit at ille in sententia,
& bestię contuendę finem non facit. Eam
quin imo, vt ferè fit in huiusmodi empirico-
bus leniter tractat, dorsumq; & caudam
manu demulcet. Hęc agenti, gestienti, & re-
mere glorianti durissimum calcem effere-
tus equus impressit, quo vulnere exanimus
subito concidit, & sacrilegij debitam poenam
& iustam, morte persoluit.

33.

Tertius mitiore multatus est poena,
quod se tempestiue ac maturè correxisset.
Cum enim vilis straguli quo mensa tegit-
tur partem vel rupisset, vel quam rupan-
inuenerat sibi audaciùs vsurpasset, à dzmo-
ne occupatus nullum neque extra neque in-
tra ædis limen latebrę locum inuenit, &
cum se lustrali aqua ad diabolum fuger-
et.

Ex rap-
s sibi ipse
ndi atque
so misere
s vedit,
et, domum
xore, equi
udasset, si-
plausisset,
que fuisset
rudensque
ne librum,
n sententia,
cit. Eam
i emptione
& caudam
tienti, & re-
cem efferre
e examina
am poenam
est poena,
correxisset
ensa regna
am ruptam
et, à dano
a neque in-
inuenit, &
um fugerit

lum aspergeret, tamen mali illius comitis
aspectum vitare non potuit. Quocunque se
verteret, vbi vbi pedem poneret, in Satha-
nam itineris indiuiduum socium incurre-
bat. Ergo reuersus Augustam quod abstule-
rat reddidit, sanctoque Vdalrico Augustano
Episcopo, magno integerrimæ Virginis
amatori aduolutus ad genua ob sacrilegium
poenam sibi postulauit imponi. Eum Epis-
copus clementer acceptum à dæmone libe-
rauit, domumque remisit meliora cogitan-
tem, &c.

Vt Guarnerius (Theodorici Regis Fran-
corum in corroendis pecunijs minister) vi-
dit monumentum S. Austregisili à Christia-
nis auro argentoque mirifice exornatum di-
& caudam
tienti, & re-
cem efferre
e examina
am poenam
est poena,
correxisset
ensa regna
am ruptam
et, à dano
a neque in-
inuenit, &
um fugerit

dit monumentum S. Austregisili à Christia-
nis auro argentoque mirifice exornatum di-
xit arrogantissimè: Austregisilus aurum su-
um & argentum in pauperes erogare de-
buit, non iubere vt suum sepulchrum illo
tegeretur. Non hoc ille dicebat quod ei
curæ essent pauperes, sed instar Iudæ pro-
ditoris auaritia æstuabat. Cumque in ipsa
basilica ambularet, lignum quoddam ad quod
vela suspensa erant ab alto ruit super caput eius.
Manauit igitur sanguis à capite per oculos
& barbam, & ad terram vsque defluxit. ipse
vero feruens malitia Augustodunum ire
instituit, vt eius loci Episcopum perde-
ret. In ipso autem itinere in pago quodam
cum omnes recubuissent, surrexit à mensa,

34.
Sur die 26.
Maij.

Gg a & ad

ita illufus
homo au-
rum rapi-
ens aurum
fōniat fed
plenū ira
Dei vas il-
lud fuiſſe
declarauit
euentus.

35.

Anno
Chr. 741.

dira ob im-
mēfos do-
lores mors
te conſum-
ptus nō ta-
men abſq̄
exomolo-
geſi ex hac
vita receſ-
ſit.

& ad exonerandum ventrem ſeceſſit. Interim
ſomno correptus obdormit, euigilans dicit
aſſiſtentibus: Anſtagiſilus & Sulpitiuſ hęc ho-
ra vrceum aureum miſerunt mihi. Quis ve-
ſtrum habet illum? Negantibus illis ſequi-
quam huiuſmodi vidifſe, ſua verba repeti-
neſciens quid diceret. mox vero inſtina eius
& viſcera omnia in cloacam deciderunt, tunc
nocte vitam perdidit, &c.

Carolus Martellus Princeps Francorum
pater Pipini, multorū monaſteriorum eueſ-
for & Eccleſiaſticarum pecuniarum in vi-
propriuſ commutator longa torſione & vo-
renda morte conſumptus eſt ait S. Bonifaciuſ
ſcribens epiſtolam ad Ethelbaldum Mercio-
rum Regem in Anglia, hominem ſceleſtiſ-
mum vt eum reuocet ad pœnitentiã. Sic vi-
dex Deus inuaſores iurium Eccleſiarum prin-
cipes Chriſtianos pœnitentes interdum miſe-
rãdo cruciatu ante interitum vult affigi, tum
vt poſteris ſint in exemplum non minuendū
vel violandū Eccleſiaſticam immunitatem
vtque non leue eſſe delictum quod peccatum
exportentofis & pene inſolitū ab vltore mi-
mine illatis pœnis, poſſit intelligi, tum etiã
vt (cum ijdem Catholicè vixerint & alia com-
plura bona fecerint, maxime vero quòd pro-
pagatibus fidem adiutores fuerint) quòd pec-
carunt in Eccleſiã iura hęc luan potius quam
damnentur perpetuis cruciatibus in inferno
Et certe ſi profanarum etiã rerum raptus

us vindictam pro foribus astitisse sæpe le-
gimus, quis miraretur aduersus sacrilegos ex-
sultantes Deo semel oblata supplicium diuini-
us irrogari? Impius plane est qui eiusmodi
sacrilegijs obnoxios, nisi pœnitentes satisfaci-
ant, pœnas posse euadere sempiternas existi-
mat.

Hincmarus de translat. S. Remigij: Quan-
do, ait, tres fratres Reges (Francorum) Lotha-
rius, Ludouicus, & Carolus regnum post pa-
tris sui obitum inter se diuiserunt, Episcopi-
um Rhemense Carolus Caluus inter homines
suos diuisit, villam Iuliacam Richuino (Com-
muni) in beneficium dedit. Cum vero vxor il-
lius nomine Berta in cubiculo villæ ipsius ia-
ceret, venit ad eam S. Remigius dicens: Non
est iste locus tuus ad iacendum, alterius meri-
ti & officij esse debet qui hanc villam habere
& in hoc cubiculo iacere debet: surge quanto-
cyus, & hinc abscede. Quod illa paruipendit,
putans se visum inane videre. altera vice ve-
nit ad eam S. Remigius, & dixit ei: Cur hinc
non abcessisti sicut tibi præcepi? vide ne am-
plius hie te inueniam, Quod illa vt prius pro-
nihil duxit. Tertio vt venit ad eam S. Remi-
gius dixit: nonne etiam semel & secundo tibi
præcepi vt hinc abscederes? Sed quia contem-
pisti hinc pergere, aliorum deportatione ab-
scedes, & percussit illam virga quam tenebat
in manu. Quæ, toto corpore in maximum tu-
morem cõuersa, quod vidit viro suo Richui-

1. Cor. 6.
neq; fures,
neq; rapa-
ces regnũ
Dei possi-
debunt.

36.

Misericors
Deus qui
neminem
vult perire
terribilib⁹
exemplis
significat
quam gra-
uis. scelus
sit bona Ec-
clesiarum
abipere.

no & alijs quam plurimis dixit, & per aliquos dies feueriffime cruciata vitam finiuit. Subiicit Hincmarus aliud exemplum de quodam sacrilego qui incredibiliter inflando intumuit, sicq; medius crepuit & mortuus est, &c.

37.
lib. 5. de
gest. Frac.
c. 20.
Sur. to. 2.
die 25. Iulij
Anno
Chr. 845.

Quomodo à Deo percussi sint sacrilegi ethnici Northmani copiosè refert Aimonius (seu Aimonus qui præsens adfuit) cū inter cætera inquit: Cū trabes Ecclesię (S. Germani) miserimus iste populus incidere tētauisset, tres ex maligno eorū numero ante altaris crepidinē B. Stephani, inualidi totius virtutis robore nates ceciderūt, atq; cōfracti incredulas deo odibiles animas alijs timore percussis exhalantes perpetuas descenderunt ad ymbras, ut

38.

edax vermis eorum non morietur. Et accit vt vnus eorum, &c. strictum gladium pollugestans manu columnā marmoream (templi) terdecies totius corporis annifu, veluti vapulans hostem, percuteret, ei cōtinuo manus dexterę, qua columnā inciderat, virilitas euasit, vt post primū diem vsq; ad infelicem eius de hac vita decessum semper immobilis arida que, vt fuerat extensa, permaneret, manubriū vero ferri ita manu cōpaginatum in hæreticū vt nunquā ab ea aliquo ingenio vel arte, cū cutis parte auelli potuerit. Qui tā diu nimis vexatione cōpatientis corporis cruciatus est, donec miserrimā finiret vitā, plenus indignationis & ire, moribus demonū deuectus ad tartaricas sedes cocyti, foetidūq; locū auerni. Subiūgit: insuper & ita disenterię morbo

Nota Dei
potentiam
qua punit
profanos,
& pietatē
qua saluat
innocētes.

affecti (Northmani) vt dū quotidie morerentur, nullus ex tāta multitudine se putaret euadere. Et morbo quo in Ecclesia p̄dicta percussi fuerant quotidie deficientes, cruciabantur, cruciatiq; nequissimas miserabiliter animas exspirauerunt, nemine quos secū habebāt Christianorum huiusmodi plagam sentiente. Subijcit: Ragenarius Dux auctorq; totius memorati mali ante Horich Northmannorum principem cū ingenti superbia veniens ostendit ei quod secū hinc asportauerat aurum argentumq; multū, &c. Et tremens ilico ac p̄uens corruit in terrā atq; terrifica cœpit voce clamare, Germanū corā assistere eumq; se baculo quem manu gestabat grauit̄ flagellare, &c. Sic humiliatus ac rep̄te cōtritus aliorum manibus cito sublatus recessit, &c. ita prorsus inflatus ac totus tūgidus extitit vt nec auditus, nec visus, nec odoratus, vel gustus in eius corpore discerni potuerit. Sicq; diffusis ad postremū visceribus medius crepuit, vitāq; miserri- mus in anem finiuit, &c. De reliquorū Northmannorum interitu addit: ab eo die quo monasteriū S. Germani ingressi sunt, donec p̄cēnāliter cuncti interirent, viscerum inflatione percussi sunt, quatenus omnis eorum cœtus etiam in patria quotidie moriens periret, p̄ter quos Horich postea iussit occidi, &c.

Vtinā alieno exemplo cautiōres fierent qui principatū moderantur habenas: vtinā discerent quā magno dāno sui suorūq; Ecclesiastica

Gg 4 Deo

39.

*Psal. 2. Et
nunc Reges
intelligite,
&c.*

*Horich
suorū san-
guine ex-
p̄iauit deli-
ctū capti-
uos vero
Christia-
nos liberos
dimisit, seu
fidelibus
libertatem
concessit.*

Deo debita iura peruadunt, cæcæq; dominandi libidine violant sacra septa angelorum valata custodia atq; defensa, vt dum in sacra concessa sibi manus iniiciunt, barbaros ipsi sentiant veloces ultores eosdemq; voraces atque feroces, & inexplebiles grassatores eorum sanguinis cupidissimos. Recte hic ait admirandus & imitandus in historijs Baronius. Quamdiu defensores rerum Ecclesiasticarum & propagatores earum vixere Francorū Reges, vt Pipinus & Carolus Magnus, qui legibus, armis, multoq; sanguine bona Ecclesiastica illibata seruarūt, redditi sunt omnes eorum hostes infirmi, & iugo submissi, propagatum est regnum, nomenq; Francorum summa gloria toto orbe diffusum. Vbi vero dirptione rerum Ecclesiasticarum aduersus Deum conflatum est bellum, imbelles populi, Reges socordes, & obtusa facta sunt arma, hostes vero eorum in capite, &c.

Thren. 1.

40.

Excusus est Antuerpiæ año 1568. ab Emanuele Tronesio dialogus Passieuâtij & Pasquini idiomate Belgico de vita & moribus Caluini, Vireti, Bezæ & aliorum, approbatus à commissarijs Regiæ maiestatis, sub cuius finem author quendam ex optimatibus Geneuæ consilio & autoritate sua obtinuisse vt in basilica primaria D. Petro Apostolo cõsecrata summi altaris lapis (quem Innoc. III. & alij Canonum authores mensam altaris vocant) non moueretur, & in locum supplicij transferretur.

ur, vt damnati in eodem loco decollarentur,
 dō; in contumeliam & contemptum tremen-
 torum myſteriorum. Contigiffe vero de in-
 de vt idem ille quātūuis primarius ſenator
 Geneuenſis primus in eodem lapide capitali
 cenſura plecteretur inſtar Aman qui ſu-
 ſpenſus eſt in patibulo quod Mardocheo pa-
 trauerat.

Eſth. 7.

Greg. Turon. Gomacharius Comes ait a-
 grum Eccleſiæ Agathenſis peruadit, Leo Epi-
 ſcopus huius Eccleſiæ valde mœſtus concur-
 rit ad eum, dicens Relinque, ô fili, res paupe-
 rum, quas ordinationi noſtrę Dominus com-
 mendauit ne tibi ſit noxium, & à lacrymis e-
 gentium qui de fructibus eius ali conſueue-
 rant eneceris. ille vero quia erat hæreticus,
 paripendens de his quæ ab Epifcopo dice-
 bantur, rem in ſua dominatione retinuit. in-
 terim procedēte die arripitur à febre. Cumq;
 non modo ardore corporeo, verum etiam a-
 nimæ vexaretur incommodo, miſit ad Epi-
 ſcopum nuncios dicens: dignetur pro me ſa-
 cerdos orationem ad dominum Deum fun-
 dere, & ego dimittam agrum eius. Quo oran-
 te hic à valetudine qua grauabatur conualuit,
 factuſq; ſanus ait ſuis: Quid putatis, quid iſti
 nunc Romani dicant? aiunt enim me ob hoc
 fuiſſe febre grauatum quia tulerim agrum
 eorum, quod mihi iuxta conſuetudinem hu-
 mani corporis accidit, veruntamen non ha-
 bebunt eum me viuente. Et dicto citius miſit

41.
 lib. 1. de
 gl'or. mart.
 c. 79.

Og 5 qui

qui eum iterum auferret. Quod cum Episcopus comperisset, venit ad eum dicens: Num pœnitet te prius fecisse bene, quod hoc iterum conaris euertere? ne facias quæso, & vltioni diuinæ subiaceas. Qui ait ad Episcopum: Sile, file, decrepite: jam infrenatum teloris circumire urbem super asinum faciam, vt sis in ridiculo omnibus qui te adspexerint. At ille silens ad nota recurrit prædia, prosternitur in oratione, celebrat vigiliæ, ac noctem totam in lacrymis & psallendo dicit. Mane autem facto accedit ad lycimos qui de camera Ecclesiæ dependebant, extendensq; virgam quam tenebat in manu, effregit cunctos, dicens: non hic accenditur lumen donec vlciscatur Deus de inimicis, & restituat res domus suæ. Hæc eo dicente pronus hæreticus ille in rediuuam febrem coaruit. Cumque in extremis ageret, misit ad Episcopum, dicens: oret pro me sacerdos ad dominum vt viuam, & restituam agrum, & similem eius conferam dominationi, quibus Pontifex respondit. Iam orauit ad dominum & exaudiuit me. misit & alios ac tertios ad eum nuncios. Sed sacerdos in vno responso persistens, non mouebatur ad hæc vt pro eo orationem daret ad dominum. Hæc ille hæreticus cernens, iussit se in plastro componi, atque ad eundem euehi, ac per se deprecari Episcopum, dicens: quia duplici satisfactione restituo agrum quem inique perui-

tantum vt oret pro me sanctitas tua. illo quo-
que recusante, compulit eum vi vt abiret ad
Ecclesiam, quo discedente, vt Ecclesiam est
ingressus, & hic spiritum exhalauit, & Eccle-
sia rem suam confestim recepit.

Julianus auunculus Iuliani Imp. dicitur id
studium habuisse vt in thesauros imperato-
rios plurima & pretiosa Ecclesie Antiochene
vasa reconderet, & clausisse Ecclesias, & vni-
uersos clericos effugasse, & solum tunc Theo-
doricu stetit presbyterum. Quem cum tan-
quam vasorum custodem cōprehensum cru-
deliter sauciasset, nouissimè præcepit gladio
occurri. Qui fortiter inter vniuersa tormenta
respondit, & pro dogmatis confessione deu-
cit. Cumque vniuersa Deo dicata vasa & pal-
lia collegisset, proieciens hæc in terram con-
tamelijs & iniurijs vt voluit, afficiens Chri-
stum, super ea etiam sedit, & cumulum auxit
iniuriarum. Moxq; verenda eius & loca fe-
moribus circumposita feruntur esse percus-
sa, & ad tantam peruenit putredinem, vt ver-
mes procrearentur, medicis laborantibus
nec valentibus vincere affectionem. conficie-
bantur enim omnimoda preciosaq; medica-
mina ex pinguibus volatilibus, vt eorum pin-
guedine corrupta & putrida membra liniren-
tur. Hoc facto vermes ad superficiem pro-
uocabant, quia in profundo ebullientes per
vivas serpebant carnes. Et donec morere-
tur non fuit ab hac affectione securus.

Hoc

42.
Soz lib. 5.
cap. 7.
Bredenb.
lib. 5. c. 49.
ex li. 17. re-
rum Rom.
Eutropij
& lib. 18.
Niceph. c.
28. refert
pœnâ vio-
lantium ec-
clesiam &
reliquias
S. Alexan-
di marti-
tyris.

Hoc itaque claruit diuina indignatione factum, cum etiam custodes imperialium thesaurorum, & alij plurimi aduersus ecclesias insurgentes, inopinata & miseranda morte defuncti sint, quasi superna indignatione damnati.

43.
Theod. li. 3
c. 11. & 12.
vi. in loco
de Templis
exemp. 12.

Chryf. ho.
4. in Matt.
quo tempore
Iul. a postata ius
sit diripi
templorū
ornamenta,
præcipue
vasa sacra,
mox quæstor
regius per
me diū ruptus
expirauit,
& Iuliani
auunculus
à vermibus
corrosus
interijt.

Cum sub Iuliano Apostata iuberentur vasæ Ecclesiarum sacra fisci ærario deputari, sublati ianuis Ecclesiæ maioris quam Constantinus ædificauerat, Fit cunctis accessibile fœduarium. ingrediente siquidem Iuliano præfecto Orientis ecclesiam, Felix præpositus regalium thesaurorum pariter introiuit, & simul Elpidius Comes rerum priuatarum. Aiuunt enim & Felicem & Elpidium prius Christianos, tunc à pietate recessisse, impio principi parere cupientes. Iulianus itaq; præfectus impudenter contra sacrum altare minuit. Quem cum Euzoius prohibere tentaret, eum ille percussit in capite. Fertur autem dixisse Christianorum inuentiones cælestium cum non vacare. Porro Felix videns vasorum ornamenta, quæ Constantinus & Constantinus frequenter obtulerant: Ecce in quibus, inquit, vasis Marię filio ministratur? Sed pro his impietatibus vāsanisq; præsumptionibus non post multum pœnas exacti sunt. Nam repente Iulianus sæuo morbo correptus viceribus putrefactis interijt. Et excrementum non per meatus egestiuos emittebat, sed forlestum os, quod blasphemijs ministrauerat.

organum huius excretionis est factum. aiunt
 autē illius vxorē fide fuisse clarissimā, eamq;
 dixisse: Decet te marite laudare saluatorem
 Christum quoniam tibi per hanc correptionem
 magnitudinem propriæ virtutis ostendit.
 Non enim agnoueras contra quem pug-
 nare voluisti, nisi consueta longanimitate hæc
 tibi flagella diuinitus intulisset. His ergo ver-
 bis & passionibus imminentibus caussam lan-
 guoris cognoscens, rogabat imperatorem, vt
 Ecclesia quibus fuerat ablata redderetur. Sed
 nec illum flexit, & ipse terminum vitæ susce-
 pit. Porro Felix & ipse repente flagellum vir-
 tute diuina suscipiens sanguine toto die simul
 & nocte ex ore fuso, & venis corporis vndiq;
 vacuatis, omniq; virtute simul expensa, & ipse
 celeriter est extinctus, aternæq; morti con-
 traditus.

Gregor. Turon. refert quomodo paganus
 quidam sepulchrum S. Helij Episcopi spolia-
 re instituens, ab ipso sancto tam diu extensis
 lacertis sit constrictus donec à populo depre-
 henderetur.

44.
 de gloria
 Confels.
 c. 62.

**SANCTORVM IRRISIO NON RE-
 linquitur impunita.**

SVr. tom. 3. mense Iulio, in antiquissima S.
 Carilephi vita: Mulier quædam Gunda
 nomine quam clandestinus supplantator ille-
 xerat spiritui sancto volens illudere, virili
 præsumpta veste, in beatissimi Carilephi mo-
 nastere

Vtinam
 nostri tem-
 poris muli-
 ercularum
 audacia
 hoc exēplo
 reprimatur

nasterium ingredi conata est, vt probaret verumne esset illius vaticinium, quo prædixerat sexui fœmineo nunquam datum iri copiam in illud intrandi: sed iusto Dei iudicio priusquam vel aspiceret cœnobij clausos aditus arrepta à diabolo retrorsum ruit, adeoq; foede ab illo vexata est, vt dicere se pudeat. Caput enim illi adigit inter fœmora. sicq; factu est, vt quæ sacratis liminibus falsa oscula imprimere tentauerat, immundas sui corporis partes osculari cogeretur. sexumque ipsa suum, quem virili habitu tegere voluerat, cunctis cernere volentibus palam proderet. Ea res effecit vt deinceps eo se conferte mulieres assæ non sint.

SCHISMATICORVM PŒNÆ.

I.
Mirabilis
& terribilis
Deus in cõ-
silijs super
filios homi-
num, Ps. 65.
Anno
Chr. 607.
quidam schif-
maticus p-
pria manu
laqueo se
suspendit.
Ionas Ab-
bas.

A N N O Christi 570. Deus in vltionem Schismaticorum Episcoporum qui ab Ecclesia Romana desciuerant feros barbaros aduocauit, inq; gladium eorum eos primum cum sectatoribus suis tradidit consumendos. An non sunt hæc certa diuinæ vindictæ impressa vestigia? cum ipsi primum schismatici traditi sint à Deo ore gladij deuorandi, & ante omnes schismaticorum latibula, Aquileia, Mediolanum, &c. in prædam data Longobardis; Roma autem ipsa, quamuis à Gothis sæpe antea capta fuerit, à Longobardis licet inuadi, minime tamen comprehendi potuerit?

Aquitanię dux, schismatis author à D. Ber-
 nardo rogatus & monitus, nec acquiescens,
 tandem à D. Bernardo peracta sacrificij con-
 secratione, in præsentia S. Eucharistię acri-
 o-
 bus verbis & comminationibus compella-
 tus, epilepsia diuinitus est correptus. Nam
 peractis consecrationibus ait historia, homo
 Dei (S. Bernardus) corpus Domini super pati-
 nam ponit, & secum tollit, atque ignea facie
 & flammeis oculis non supplicans, sed minax
 foras (téplo) egreditur, & verbis terribilibus
 egreditur ducem. Rogauimus te, inquit,
 & spreuisti nos, Supplicauit tibi in altero
 quem iam tecum habuimus conuentu seruo-
 rum Dei ante te adunata multitudo, contem-
 pisti. Ecce ad te processit filius virginis qui
 est caput & dominus Ecclesię, quem tu per-
 lequeris. adest iudex tuus in cuius nomine o-
 mne genu curuatur, cælestium, terrestrium,
 & infernorum. Adest iudex tuus, in cuius ma-
 nus illa tua anima deueniet. Nunquid & ipsum
 spernes? nunquid & ipsum sicut seruos eius
 contemnes? lacrymabantur vniuersi qui ad-
 erant, & orationibus intenti præstolaban-
 tur exitum rei, & omnium suspensa expecta-
 tio, nescio quid diuinum cælitus fieri exspe-
 ctabat. Videns Comes Abbatem in spiritu ve-
 lementi procedentem, & sacratissimum Do-
 mini corpus ferentem in manibus, expauit,
 & diriguit, membrisque tremebundus metu
 dissolutis, quasi amens solo prouoluitur.

Ele-

2.

ex li. 2. c. 6.
 vitæ S. Ber-
 nardi. vide
 Bredenb. li.
 1. c. 48.

Nu. 16. Da-
 than & A-
 byron rea-
 tu schisma-
 tis terra vi-
 uos absor-
 buit.

Eleuatus à militibus rursus in faciem ruit, nec quippiam alicui loquens aut intendens in aliquem saluus per barbam defluentibus cum profundis effians gemitibus epilepticus videbatur. Tum vir Dei ad eum propius accedit, & pede pulsans accliuem surgere iubet & stare supra pedes, & Dei audire sententiam. Presens est, inquit, Pictauiensis Episcopus quem ab Ecclesia sua expulisti, vade & reconcilire ei, & in osculo sancto, pacis cum eo iungito fcedera & ipse ad sedem suam eum reducit, & satisfaciens Deo redde pro contumelia gloriariam, & in vniuerso principatu suo diuisos discordes ad charitatis reuoca vnitatem. Subdere Innocentio Papæ & sicut ei vniuersa obedit Ecclesia, tu quoque electo à Deo non pare pŒtifici. Audiens hæc Comes, auctoritate Sp. sancti, & SS. Sacramentorum præsentia victus, nec audebat respondere, nec potest sed statim occurrit, & in pacis osculo recepit Episcopum, & eadem qua eum adiurauerat manu, cū totius exultatione ciuitatis ad propriam sedem reduxit, &c.

3.

Postquam Græci docere inceperunt Schismatum à Filio non procedere, atque ita schisma in Ecclesia Catholica fecerunt semper ipsorum res deterius habuerunt, Nam vsq; ad tempus schismatis ait Bellar. li. 2. de Christo c. 1. ita floruit Græcia viris doctis & sanctis vniuersa Concilia generalia apud Græcos celebrata sunt: post schisma autem per annos

800.

800. nullum habuerunt concilium, nullum virum sanctū miraculis clarum, paucissimos homines doctos. Latini vero hoc eodem tempore habuerunt 12. concilia generalia & innumerabilia particularia. item singulis ætatibus viros miraculis clarissimos, novos ordines religiosorum, plurimos homines doctos.

Præterea hoc tempore fides Latinorum propagata est accessione Indorum orientalium & noui orbis in occidente: fides Græcorum minuitur quotidie, Græci in concilijs conuicti ad nostram fidem conuersi sunt quater, aut quinques, & fortassis etiam sæpius, & semper ad vomitum suum redierunt.

Latini semper in disputationibus superiores in eadem fide & doctrina permanserunt, deniq; apud Latinos regna & imperia potentissima adhuc florent: imperium vero Græcorum per Turcas Christi hostes euersum ac destructum est penitus, ipsiq; omnes in miserrima seruitute degere, grauissimumq; iugum captiuitatis perferre coguntur.

Ac vt intelligant causam exitij sui esse pertinaciam in errore de processione Spiritus S. in ipsis ferijs Sp. S. capta fuit Constantinopolis à Turcis, imperator occisus, imperium omnino extinctum, & iugum acerbissimum seruitutis ipsis impositum. Nam, vt probat Gerardus Mercator in sua Chronologia anno 1452. die 28. Maij indixit Mahumetes exerci-

Hb tus

)(

)(

)(

Sp. S. tempore potissimum honoris ipsius consecrato iniuriam sibi peruersa Græcorum opinione illatam vindicat.

3. Vindicta diuinitus illata in sceleris antesignanum

4.

tus suo vltimam oppugnationem, & sequenti die (postridie Pentecostes) Constantinoopolim cœpit. illo autem anno fuit Pentecoste die 28. Maij. Itaq; multi comparant Ecclesiam Græcam regno Samariæ, quod separauit se à vetero templo, & tandem in captiuitate perpetuam adductum est.

Anno Chr. 1076. V. Wilhelmus Traiectensis Episcopus auctor schismatis grauissima ægritudine correptus miserabili eulatu coram omnibus qui aderant vociferabatur: iusto Dei iudicio se & præsentem vitam amisisse, & æternam, quod Regi (Henrico III.) ad omnia que perperam intendisset, operam suam summo annisu tribuisset, atq; in spem gratiæ eius Romano Pontifici (Gregorio 7.) sanctissimo viro graues contumelias sciens & prudens innocenti irrogasset atq; ita sine communione sine vlla satisfactione expirauit. in annalibus Ecclesiæ Magdeburgensis prolixè refertur quomodo in desperatione sit defunctus.

Año Chr. 1100. Schismaticus antipapa Gualbertus exultans ac insultans pariter vane gloriabatur quod tres ipso viuente & in Petri cathedra confidente essent extincti Pontifices, Greg. VII. Victor III. atq; Urbanus II. nesciens infelix iam suæ domus pulsantem ostium astare mortem ancipiti gladio formidandam, vt duplici feriens acie & præsentem vitam auferat & futuram. Hoc siquidem anno eum contigit ex hac vita ad inferos morte

pentina perduci. periit infelix dolore exsicca-
tus & mœrore cōsumptus desperationis dēri-
bus deuoratus, & tristē animā diabolo extor-
quente decessit, sepulchro vero caruit proie-
ctis ossibus eius in aquas vel potius ossa ex-
humata in fluentia fuerunt proiecta, Anno
Christi 1105.

*SCRIPTURA SACRA CAELESTI
animaduersione ab humana prophā-
nitate defenditur.*

M Irati Ptolomeo Rege cur nulli neq; hi-
storici neq; poëtæ veteres diuinorū li-
brorū meminissent, Demetrius Phalereus re-
spondit (vt ex Aristeo referunt Ioseph. lib. 12.
antiq. c. 2. & Euseb. lib. 8. præpar. Euang. c. 1.)
diuinam hanc scripturam esse, atq; à Deo ipso
datam, propterea si qui prophanorum homi-
num eam attingere voluerunt, eos à Deo per-
cussos continuo resiliisse. Affirmauitq; Theo-
pompum quendam, quod aliquid diuino-
rum voluminum græca oratione ornare vo-
luerat, subito mentis quadam agitatione di-
uinitus immisa vehementer perturbatum ab
incepto opere coactum esse desistere, Theo-
dorum vero Tragædiarum scriptorem quòd
nescio quid è diuina scriptura ad fabulā quan-
dam transferre decreuerat, luminibus cap-
tum orbatumq; esse: ita repentina calamitate
inlignem temeritatem continuo esse repres-
sam.

1.
2.
Iactabat se
Prophetā.
Ioseph. li.
20. antiq.
cap. 2.

Sur. in cō.
mētā. 1514
horrēdum
supplici-
um refert
seditiofo-
rum. &
an. 1581.

GAmaliel act. 5 in conuentu Iudeorum in quo caussam dicere iubebantur A postoli, dicebat: ante hos dies exstitit Theodas dicens se esse aliquem, cui cōsensit numerus vrorum circiter quadrigentorum qui occisus est, & omnes qui credebant ei dissipati sunt & redacti ad nihilum. Post hunc exstitit Iudas Galilæus in diebus professionis & auerit populum post se, & ipse perijt, & omnes quot quot consenserunt ei, & dispersi sunt. De hoc Iuda testatur Ioseph. lib. 18. antiq. cap. 1. & 2. Quod cum populus censu Quirini describeretur, indignum ratus & contra leges patrum Iudæos alienigenis tributum pendere, populum ad defectionem sollicitavit, centum nihil aliud esse quam manifestam seruitutis professionem dicitans, & vniuersam gentem ad tuendam libertatem adhortans, fore enim ut bene gesta fortunis suis fruantur feliciter confirmati in earum possessione laudem que sibi parent fortitudinis, nec sperandum auxilium cælestis numinis nisi quoque ipsi in rebus cōsulant. accipiuntur hæc pronis vulgauribus ita ut accēderentur ad audiendum quid. Atque ita dici vix potest quantum biviri totam gentem conturbauerint, dum omnia miscēt cædibus & latrocinijs, promiscue nullo vel amicorum vel inimicorum respici-

etu, prædationibus, & insignium virorum ce-
 dibus, prætextu quidem propugnandæ liber-
 tatis publicæ, reuera priuatorum lucrorum
 studio, itaq; conficientibus se mutuo ciuibus
 & furiosissima contentione certantibus, ne
 externus quidem hostis cessabat interim, ac
 ne extrema quidem famēs forte superueniens
 eos potuit compescere, &c. De Theodæ sedi-
 tione & interitu hæc refert Iosephus lib. an-
 tiq. 20. cap. 2. Fado procuratore apud Iudæam
 præstigiator quidam nomine Theodas per-
 suasit magnæ vulgi multitudini vt assumptis
 suis facultatibus sequerentur se ad Iordanem
 fluium, Prophetâ enim se iactabat, promit-
 tens se verbo scissurum fluium & facilem
 præbiturum transitum, taliq; promissione
 permultos seduxit, at Fadus effecit, vt nihil lu-
 cri facerent ex sua insipientia, immis-
 sis in eos turmis equitum, qui ex improviso irruentes
 ex his multos interemerunt, multos viuos ce-
 perunt, & in his ipsum Theodam, cuius caput
 abscissum reportarunt Hierosolymam.

Cum Archelaus rex Iudæorum Romam
 ad Augustum Cæsarem profectus esset, tumul-
 tuabantur Iudæi, ideoq; Varus Syriæ præses
 supplicio affecit defectionis auctores. Cum
 vero Varus Hierosolyma reuersus esset An-
 tiochiam vbi præsides agere consueuerant, &
 Iudæi insurgerent cõtra legionem quam Va-
 rus Hierosolymis reliquerat vt ipsis nouan-
 darum rerum præriperet facultatem, perue-

fh 3 stigatis

stigmati seditionis autoribus egit in crucem ea de causa circiter duo millia Iudæorum, in super decem millia eorum qui in vnum confluxerunt (ob festum Pentecostes) inuadens in aliquos necessarios Herodis regis animaduertit Ioseph lib. 17 antiq. cap. 11. 12 qui etiam cap. 8. agit de alio seditionis auctore, Matthei doctore Iudæorum, viuo iussu Herodis Asealonitæ exusto.

4.

Anno Christi 44. Cum princeps Apostolorum Petrus in principem urbem orbis Romam veniret, & Camillus Scribonianus Præfectus Dalmatiæ aduersus imperatorem Claudium rebellaret, militesque ad defectum sollicitaret, ipsa signa militaria (relate Dione lib. 60.) aquilæ dicta, sic solo affixi manserunt, vt nulla vi militum dimoueri loco possent. Quo prodigio immutatus militum animus in auctorem seditionis arma conuertit. sicque ingens bellum civile excitatum ex insperato diuinitus fuit sedatum & compressum, haud dubie ob aduentum Apostoli Petri & tenera Christianorum gemina, vix dum adhuc pauca ad sanctæ fidei professionem erumpentia.

Oros. lib.
7. c. 6.

POENA

POENAE SIMONIACORVM

1. eorum qui ob res sacras emptas venditasve diuinitus in S. litteris puniti leguntur.

Quia Esau ius primogenituræ, id est, sacerdotij, vili cibo lenticulæ vendidit (vnde forte S. Paulus ad Heb. 12. eum profanum id est sacrilegum appellat) S. Paulus eum reprobatum esse asserit (Heb. 12. 16.) imo ad Rom. c. 9. 13. (vt & Malachias, 1. 2.) eum velut typum spiritualem omnium reproborum sicut Iacob electorum proponit.

1. Hiero. ep. 126. & in tradit hereticisc. 27 & 49. Hebræi tradit qd vsque ad sacerdotij Aaron, &c

Giezi Elisæi famulus lepra diuinitus est percussus quod à Naaman Syro quem magister eius miraculosè à morbo lepræ sanarat munera accepisset.

2. 4. Reg. 5. 14 Luc. c. 4.

Iudas non reformidauit ipsum sanctum sanctorum 30. argenteis vendere, suspensus (ait Lucas act. 1. 18.) crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius. Papias S. Ioannis discipulus, apud cæcumenium (in cap. 1. act.) asserit rupto laqueo superuixisse ac postea crepuisse curru compressum, cum corpore inflatus progredi non posset, capite oculisq; tumuisse, vermes è corpore cum sanie scaturisse, & demum ex mortui cadauere tam tetrum odorem exhalasse, vt locus in quo decessit, non nisi obturatis naribus præteriri posset.

3. Cypr. de ieiun. Basil ep. 76. Cyril. Hicof. catech. ca. 6.

4. Simon Magus huius vitij autor & patens (Act. 8. 9) quam misere perierit, vide in loco de hæret. exempl. 1.

2. *Eorum qui ob Episcopatus aliasve dignitates Ecclesiasticas pretio comparatas vel distractas puniti leguntur in historia Ecclesiastica.*

1.
Ex II tom.
annal. Ba-
ronij anno
Chr. 1047.

Vilhelmus Malmesburiensis de gestis Regum Angliæ (lib. 2. ca. 12.) Tempore (inquit) Conradi patris, Henricus II. Imperator quodam Clerico fistulam tulerat argenteam qua pueri ludo aquam iaculantur, pactus Episcopatum cum foret imperator, adultus repententi pollicitum impigrè dederat. Nec multo post aspera valetudine correptus decubuit morbo crescente, triduo exsensus & mutus iacuit, cum in solo pectore vitalis halitus palpiteret. Nec aliud vitæ indicium erat, quam quod manu ad nares apposita quantuluscunque sentiebatur anhelitus. Episcopi præsentibus triduano indicto ieiunio lacrymis & votis pro vita Regis superos pulsabant, Quibus, ut credi fas est, remedijs conualescens, accitum Episcopum, quem iniuste fecerat sententia concilij deposuit, professus se toto triduo dæmones infestos vidisse flammam in se per fistulam iaculantes adeo pertinacem, ut noviter ignis in comparatione illius iocus putetur, & nihil calere. Iuvenem inter hæc semivultatum lætum aduentasse ferentem im-

menis

mensæ magnitudinis calicem aureum aqua plenum, cuius visione, & laticis aspergine delinitum extinctis ardoribus in sanitatem euasit. Ephœbum illum beatum fuisse Laurentium, cuius Ecclesiæ tectum longa carie dissolutum compaginavit & præter alia Xenia calice aureo honorificauit. idem refert Vincent. Belluac. in speculo hist. li. 25. c. 19.

Nicolaus Aragonius Cardinalis colligens res gestas Rom. Pontificum ita scribit: Residentibus in Synodo Lugdunensi Archiepiscopis, Episcopis, & aliarum Ecclesiarum Prælatibus, Archiepiscopus quidam vir literatus & eloquens accusatus est de crimine Simonie. Qui sequenti nocte omnes suos accusatores pecunia corrupit & sibi amicos fecit, mane autem facto rediens ad Synodum audacter dixit, ubi sunt qui me accusant? exeat in publicum quicumque me voluerit damnare. Tunc obmutescens cunctis Archidiaconus Hildebrandus quem à latere suo Põtifex in Franciam miserat, tanquam vir discretus & sapiens conuertens se ad illum, dixit, credisne ô Archiepiscope Spiritum S. cum Patre & Filio vnam esse substantiam Deitatis? quo respondente, Credo; addidit Archidiaconus. Dic gloria Patri & Filio & Spiritui sancto. Tunc ille, Gloria Patri & Filio expedite dicebat, sed Spiritu S. nullatenus proferre poterat. Quem cum frequenter inchoaret & nihil proficeret, videns se per diuinum iudicium omnino cõ-

Hh 5 fusum

3.
Baron.
Anno
Chr. 1055.

fufum procidit ad pedes Archidiaconi, & confessus est proprio ore se Simoniacum esse. Postquam vero à Sacerdotali & Episcopali officio est depositus, Gloria Patri, & Filio & Spiritui sancto liberè & clara voce decantauit. quod factum Simoniacos in tantum perterruit quod præter alios Prælatos Ecclesiarum viginti septem, Episcopi 45. Simoniacos se esse confessi sunt & suis honoribus absque vlla alia accusatione renunciauerunt. Petrus Damiani eandem historiam breuiter recitans addit tam hunc quam quinque alios Episcopos ab eodem Hildebrando tunc fuisse apostolice autoritate depositos.

li. 1. ep. 4.

3.
Baron.
Anno
Chr. 1047.

Glaber historicus refert de Henrico II. imp. quomodo crimen Simonie occulte & ignoranter admissum in se vindicari. Contigit, inquit, vt Abbas cuiusdam monasterii honestæ possessionis equum valde optimum præsentaret quatenus in loco sibi commisso ipsius (imperatoris) amicitiam conciliaret. Fuit autem idem equus, ignorante Abbate, cuiusdam militi clam sublatus, sibiq; pretio venditus, at imperator gratanter illum suscipiens sui met euectioni mancipauit. quodam die eidem equo infidens iter agebat, ubi etiam sit ei miles, cui præfatus equus furtim sublatu fuerat, qui imprudenter aggrediens imperatorem in huiusmodi prorupit verba. Tu inquit, ô Rex, qui censuram debes tenere totius iustitiæ, equum modo fraudulenter

Dignum
exemplum
mansueti
imp.

ter abstractum cerneris possidere. Cui illi-
 co Rex tale protulit responsum. Si tuus, in-
 quit, est equus, vt ais, accipe illum cum ses-
 fore, & educt tecum quo melius optas, & ha-
 beas vtrumque, quousque per solutionem
 furti accipias. Miles existimans sibi illud
 haberebat stupens. At Rex compulit eum vt
 manu iniecta duceret vtrumque in suum do-
 minium. aspicientes vero qui circumstabant
 ingenti admiratione stupuerunt. Ita nempe
 voluit suo exemplo admonere sibi subditos
 imperator magno sui periculo possideri alie-
 num crimenque Simonix in ipso quoq; prin-
 cipe vindicandum. ob idque sic questus est:
 quæ grates referendæ sunt illi viro, qui me
 tam subdole in hanc impulit captionem? qui
 dum ab vniuersis horribiliter detestaretur,
 ait Rex, adducite illum, vt secundum illu-
 sionem, quam in me gessit in eo vindice-
 tur. Ita quidem fremens imperator tamen
 in seipsum, qui munus accepisset in abbatiæ
 inuestitura maluit pœnam illam conuerte-
 re, priuans seipsum eiusdem abbatiæ colla-
 tione. Pergit enim Glaber: Dumque præfa-
 tus Abbas accersitus fuisset, ait ei, Depone
 baculum regiminis pastoralis quem cre-
 dis largitione mortalis hominis debere ge-
 stari. Quem cum à se proiecisset, suscipi-
 ens illum Rex imposuit dextræ imaginis
 Saluatoris. Vade, inquit Abbati, & sus-
 cipe illum de manu omnipotentis Regis,
 nec

nec ultra pro eo debitor sis alicuius mortalis, sed libere utere eo, ut decet culmen tanti nominis.

4. A nepotibus Caroli Magni ad alios regnum Germaniæ translatum est, quia vel eorum scelere, vel maxima desidia res sacræ nullo loco (& omnia sacra venalia) erant, vel enim ipsi sacra vendebant vel alij de ipsorum auctoritate. vide Thomã Bozium signo 95. Ecclesiæ.

5. Cyrillus Hierosol. Episcopus post D. Hieronymi in domino dormitionem ad Augustinum scribens tradit fuisse monasterium quoddam in Thebaidis partibus ducentarum fere sceminarum, sanctarum utiq; si non auritiæ sceditate sanctitatis decoré polluisent. Consuetudo pessima apud illas inoleverat nullam in collegium admittendi quæ certum pecuniæ numerum non afferret. Cuidam ex ijs cuius Deo devotus animus à tam profana negotiatione abhorrebat apparuit in somnis Hieronymus iubens uti cæteris pergere nuntiare, nisi acturum pœnitentes, ab ea exactione deslitterint, ultionem à Deo paratam iam ipsarum capitibus imminere. Cumq; hoc in conuentu omnium narrata fuissent, risu excepta sunt, existimantibus deliramentum esse mulierculę aniliter desipientis nec verum erant) referentis. Altera deinceps & tertia nocte eadem visa rursus coram replicantem iam odio habitam probris agitantes eiecerunt Deo pro illa disponente, ne scilicet Loch cui

Sodo

Sodomis desperiret, iustus cum impijs. Vix
 etenim mulier septa monasterij egressa fue-
 rat cum monasterium ipsum terribili frago-
 re funditus concussum reliquas oppressit rui-
 na, vt ex tanto numero ne vna quidem saltem
 extremum in morte anhelitum ducens post
 casum sit inuenta, &c. Epist. 206. inter epist.
 Aug. cap. 8.

PVNIVNTVR NEGLIGENTES

*Sodalitatem parthenicam & ab hoc
 sodalitia deficientes.*

Quidam Louanij cum ad Sodalitatem vo-
 caretur, nec vellet ascribi, antequam vt
 parentes salutaret, excurreret in patriam, ca-
 ptus est à prædonibus in itinere. Putauit hanc
 esse pœnam cunctationis suæ. igitur concubia
 nocte cum religione voti se Deo obligasset,
 custodibus altum dormientibus, dissolutisq;
 vinculis capessit fugam. mox incolumis opi-
 tulatrici Virgini votum exsoluit.

Quidam in vrbe Gandiensi in Hispania
 nomen suum dare sodalitia recusauerat, is
 nocte proxima vigilans ita intimis sensibus
 angustatus; cepit vt sibi animam agere vi-
 deretur, & quanquam initio sodalitatis recor-
 datio animû stimulat in proposito tamen
 permanebat. At cum rursus eodem angore
 premeretur vehementius, vt frigido sudore
 manaret totus, viso etiam splendore quodam,
 omnino statuit apud se sodalitatem inire, sicq;
 angor

1.
 Benc. in an-
 nal. de his-
 tor. colle-
 gij Louan.
 Bonif. li. 2.
 c. 14.

2.
 in annuis
 litteris in
 hist Colle-
 gij Gand.
 vi. Maaua-
 le sodalit.
 B. Marię.
 in præf.

angor omnis abscellit, postridieque mane, vultum omnem, vti gesta fuerat, exposuit, in eam receptus est.

3. Grauiore pœnas Deipara virgo exigit ab ijs qui non candidati, sed cooptati ab ea in familiam suam à sodalitate omnino desciscunt, spretoq; quem oratione publice coram virgine, tota eius astante familia, pronunciata, professi erant famulatu, confringunt iugum, percunt, non seruiam. Crebræ, contumaciæ, et iniuriæ vltices, in flicta pœnæ, casus miseri plurimorum satis iratum virginis ostendunt animi. In Academia Mussipontana annis ab hinc 7. quidam dicti Sodalitij expunctus ab eo decimo quinto circiter post die fluminis, cuius obrutus perijt. Alius 12. circiter ab hinc annis eodem exclusus Parthenio similem pœnam mortis (contumaciæ similis) luit.

ex præfat.
dicti ma-
gualis.

4. Quidam Ingolstadiensis Parthenio nuntium miserat, præsto adfuit Deiparæ vltio ipso die Purificatæ Virg. sacro (quo vindicta clarior foret). Ignis vindex fidei desertoris indubio adhærescit, miserum semiurit, frustra ignem excutere nitentem sociosq; in opem aduocantem, agnoscit sed sero, reus, se deserti sodalitij pœnas luere, post aliquot dies ex tam acris vltione moritur.

5. in annis
littens.
Quipedem
imprudens
Sodalitio
extulit, si
sapit cito
seferat.

6. Quatuor ab hinc annis Dolæ quidam desciscuerat à Sodalitio, vltionem verebatur sacre cælestis, non redibat tamen ad sanior em mentem: quarto circiter mense à defectione dis-

ous ensis ietibus lethiferè impetitus agnita ce-
lesti vindicta extinctus est.

Excesserat è Sodalitate Ingolstadiensi cau-
sa non iusta vnus, præsto diuina adfuit anim-
aduersio, dum iter facit equo excussus tam
gravi casu alliditur ad terram vt medici non
minus quam triennij curatione luxatos artus
in suas sedes restitui posse affirmarent. Miser
suo malo doctus contumaciam suam repre-
hendit, spondetque quamprimum Sodalitio
se se redditurum. Voto concepto dolor re-
mittit, æger breui conualescit.

**DEI VINDICTA IN TYRPIA ET
illicita Spectacula ad euntes.**

Tertull. ait Christianos abstinere consue-
uisse à Spectaculis gentilium & quam se-
uerus vindex fuerit Deus in eos qui huiusmo-
di à maioribus traditam disciplinam soluere
nitebantur, in commentario quem de specta-
culis cōscripsit declarat his verbis: Exéplum
accidit, domino teste, eius mulieris quæ thea-
trum adiit, & inde cum dēmonio redijt. Itaq;
in exorcismo cū oneraretur immundus Spi-
ritus quod ausus esset fidelē aggredi, constan-
ter & iustissimè quidem, inquit, feci, in meo
eam inueni. Constat & alij linteum in somnis
ostensum eius diei nocte, qua tragœdū audie-
rat, cum exprobratione nominato tragœdo,
nec vltra quintum diem eam mulierem in se-
culo fuisse, &c. hæc Tertull.

Saluia

7.
in annis
litteris in
hist. Collec-
gij Ingolst.
Clementia
B. Virg. in
resipiscen-
tes.

1.
in apolog.
ca: 42.
cap. 26.

2.
lib. 7. de
Prouid.

Saluianus putat vniuersam Galliam, Sardiniam, Siciliam ob hanc spectaculorum turpitudinem & insaniam Barbarorum irruptione castigatam, nobilissimas Germaniæ vrbes Coloniã, Moguntiam, Treuerim crudelissime deletas, Vandalosque communem orbis perniciem in ipsam vsq; Africam penetrante. Circumsonabant, ait, armis muros Cartaginensium populi barbarorum, & Ecclesia Cartaginensis insaniebat in circis, luxuriabatur in theatris, alij foris jugulabantur, alij intus fenebrabantur, pars plebis erat foris captiuam, pars intus captiuam vitiorum.

POENAE SVPERBORVM.

1.
Sen. in Her-
cule furen-
te Act. 2.
Sc. 3. Scm
persequi-
tur super-
bos vltor à
tergo
Deus.

Sejanus qui cum Tiberio iniit Romæ consulatum toto orbe fuit celeberrimus, non solum amplissimas occupauit & assecutus dignitates & administrationes, sed diuictus sentente Tiberio & apud Capream in insulam multo tempore otiante, seipsum pro imperatore Tiberium vero Cæsarem pro insulæ rectorum quodam habuit, eoque existimationis procreatus est, vt ipsi tanquam Deorum alicuius creatura fieri soleret, essetque anno Christi 33 abrogatus consulatus cum prorogatione quinque annorum; in super & in litteris publicis à Senatu Tiberij ita & Seiani nomen inscriberetur, sicut imperator aureo curru in theatrum ueheretur, jurarentque omnes per fortunas eius: Hic, inquam, conuocato Senatu, vni-

arentur litteræ imperatoris, quibus collata sibi potestas tribunitia dicebatur, quas sibi ipse lætas atq; iucundas sperabat, contrarias omnino ac ipsimet perniciosas omnibus audientibus cōtra opinionem & expectationem percepit. vnde mox depositus, iussu Reguli consulis suffecti, consentiente Senatu, in vincula ducitur, (ita Deus tumentes fluctus exiguæ arenæ obice in gracilem spumam cōuertit, cū dispergit superbos in furore suo, Job. 40.) atque ibidem capite mulctatur, deinceps in Gemonias vnco trahitur, sicq; demum per triduum à populo maximo ludibrio habitus in Tiberim mittitur. Liberi quoque ex S. C. maxime vero filia quam pater pactus fuerat Claudij filio, prius (ô rem inauditam) à carnifice constuprata, necati sunt. Hæc pluribus Diocassius hist. Rom. li. 58. quæ nobis exemplo rerum humanarum inconstantia & mobilitatis esse debent, ne quis sibi atridenti & blandienti felicitati admodum credat, & in rebus prosperis modelte & non superbe sese gerat.

Cajus imp. eo flagitij atque insaniam peruenit vt diuinos æmulatus honores Deus ab omnibus coli voluerit. Philo quanta passi sint Iudæi id facere renuentes pluribus scribit. Suet. & Dio testantur quod de inferendo Iouis Olympij simulachro Romam, deq; illius effigie in suam mutanda consilium inierit. Iosephus, quod Petronio Syriæ præfecto in

Scianni casus.

2.

Sueton. in Caio, c. 22.
Dio li. 59.
Philo li. de legat. ad Catum.
lib. 18. an. iq. c. 11.

li man-6

mandatis dederit vt suam statuam Hierosoly-
mis in templo locaret. Sed anno ætatis suæ 29.
coniuratione Cassij Chereæ, & Cornelij Sa-
bini Tribunorum Prætorianorum militum
occisus est.

3.
V. Locos
de parent
de iniust.
& de vo-
lupt.

4.
Seuerus
dial. lib. 1.
ca. 6.

Quàm displiceat Deo ornatus capillorum
& corporis cultus in Virgine quæ propo-
situm Virginitatis arripuit, docet S. Hierony-
mus scribens ad Lætam pauendo exemplo de
Prætextata nobilissima Romana scemina.

Cum Valentinianus imp. S. Martinum E-
piscopum ea petere cognouisset quæ præste-
re nolebat, iussit eum palatij foribus arceri.
Etenim ad animum illius immitem ac super-
bum vxor accesserat Ariana, quæ totum illum
à sancto viro, ne ei debitam reuerentiam præ-
staret, auerterat. Itaque Martinus, vbi sensit
atque iterum superbum principem frustra
adire tetrauit, recurrit ad nota præsidia, cilicio
obvoluitur, cinere conspergitur, cibo potuque
abstinet, orationes diebus noctibusque per-
petuat. Septimo vero die affirmit ei angelus, iu-
bet eum ad Palatium ire securum, regias fores
quantumlibet clausas sponte referandas, im-
peratoris spiritum superbum molliendū. Ap-
petit istiusmodi præsentis angeli confirmans
alloquio & fretus auxilio, Palatium petit. Pe-
tent limina, nullus obstitit; postremo vixit
Regem, nemine prohibente, peruenit. Qu-
cum venientem eminus videret, infrenden-
tur fuisse admissus, nequaquam assurgens
dip.

dignatus est astanti, donec regiam sellam ignis operiret, ipsumq; Regem, ea parte corporis, qua sedebat, adflaret incendium: ita solio suo superbus excutitur, & Martino inuitus assurgit; multumque complexus quem spernere ante decreuerat, virtutem sensisse diuinam emendatior fatebatur, nec expectatis Martini precibus prius omnia prestittit, quàm rogaretur. Colloquio illum atque conuittio frequenter adsciuit, postremo abeunti multa munera obtulit, quæ vir beatus, vt semper paupertatis suæ custos, cuncta reiecit. Hæc Seuerus de Valentiniano maiore.

Qui turrim Babel velut propugnaculum contra Dei omnipotentiam edificare conati sunt, linguarum confusione puniti fuerunt.

5.
Gen. 11.

Ob contemptum diuinum imperium vxor Loth in statuam salis versa est, quam non solum Iosephus sed & alij plurimi se vidisse testantur. Benjamin Iudæus, cuius itinerarium ex Hebraico conuersum Arias montanus euulgauit, ante 400. annos se huius miraculi αὐτόπλην fuisse dicit, addens, quod licet ab ouibus lambendo diminuatur, semper tamen ad pristinam increscat molem. Circum annum humanæ salutis 1525. Bartholomæus Salignianus Gallus in suæ peregrinationis historia eam se vidisse asseuerat.

6.

7.
Pœnam He
rodias A
grippæ vis
de in loco
de piorum
persecutio
ne.

Louanij anno 1579. erat puella quædam in corporis cultu vltra modum suæ conditionis profusa, vnde fiebat vt etiam parum pudica haberetur. Hæc postquam vita defuncta esset, libitinæ cadauer eius stramini de more imposuerunt, atq; ad pedes eius cereum consecratum collocarunt, ac deinde in inferiorem domicilij partem descenderunt. vbi dum versantur strepitus supernè exaudiri ceperunt, quo vna illarum excitata denuo ascendit, quid rei ageretur exploratura. Inuenit hæc cereum extinctum esse, & cadauer vndique flammis collucere, nec tamen stramina, quibus impositum erat comburi, cubiculum vero teterissimo fœtore repletum. Ac primum quidem tantam horribili ostento attonita vix apud fuerat, tandem vero se colligens candelam extinctam flammæ illi, quæ cadauer allambabat, admouens reaccendit. Ea accensa flammæ illa species euauit. Albertus Hero. lib. 5. de Prouid. Dei c. 3.

8.
Baron. an.
Chr. 657.

Ildefonsus Episcopus: Cum, ait, Helladius Episcopo Iustus Diaconus fastu superbiæ insultaret, post mortem quidem sui Pontificis vixit Episcopus, & ipse tabefactus, sed in reprobum versus sensum, ob intemperantiam morum, à ministris altaris sui dormiens strigulatus laqueo expirauit, &c.

9.
Luc. 10. 18.
10.

Mali genij siue cacodæmones propter vnicam superbiam cælo expulsi ac deturbati sunt. Punita etiam est superbia in Core, De

athan, & Abiron, Nu. 16. in rege Saul. 1. Reg. 15. 11. 12.
 in Sennacherib, Esa. 37. in Aman, Esther 4. in 13. 14.
 Antiocho, 5. Mac. 9. in Herode, Act. 12. Cum 15. 16.
 Iulianus apostata lethali vulnere incerto au-
 tore telo diuinitus directo percussus in Per-
 side ad fluminis ripam jaceret, tametsi ob spre-
 tam Christi religionem mori se confiteretur,
 & à Nazareno victum agnosceret, consilio tamé
 cum sacerdotibus sacrilegis inito se clam
 in fluuium precipitare voluit, vt diuinitus rap-
 tus videretur, verum cum suo duce Satana in
 tartara præceps actus est.

Quia fortis, ille gigas Goliath nimium ro- 17.
 bori suo armisq; fidebat, solo baculo & funda 1. Reg. 17.
 adolescentis Davidis occisus est; cū potentissi- 18.
 mus belli Dux Holophernes plus è quo copijs Iudith. 6.
 suis artiq; bellicæ cōfideret, diuino iudicio in
 potestatem vnius fragilis scēminæ venit, quæ
 caput eius à ceruice resecauit (Mulier sola, sua
 manu, principem Assyriæ, in medio sui exerci-
 tus, obrucavit) & totū eius exercitū dissipauit.

Cum magnus ille Chaldæorum monarcha 19.
 Nabuchodonosor potentia suæ nimium fide- Dan. 4.
 ret ilico de cælo vocem audiuit, qua & regno
 & ratione priuatus est, iussus inter feras versa-
 ri, scœnum comedere, &c.

Simon Thuruajus Anglus cum esset diale- 20.
 cticus acutissimus & artium liberalium Pari- Delr. disq.
 sjs professor magni nominis, plenior scientiā mag. lib 2.
 (quæ inflat) quam charitate (quæ ædificat) te- q. 24.
 mere in Scholis & palam non est veritus jaçti-
 tare,

li 3

ob superbi
am Nabu
chodonos
or sic est
demeratus
vt se bestia
crederet.
Dan. 4.

tare, se scire totam Christi legem, ac impro-
bando eam posse annihilare: sed ita subita ob-
liuione percussus fuit vt primarū litterarum
oblitus nec Dominicā orationem pronuncia-
re, nec alphabetū legere sciret. Nicol. Dunel-
mens. dum adhuc adolescens esset vidit eum
litteras à filio proprio doceri. Contigere hac
circa annum 1207. vi. in magno speculo exem-
pl. de Simone de Tornaco blasphemus ex lib.
2. apum, c. 48. par. 5.

21.

Delirus disq. mag. lib. 4. ca. 1. q. 3. se. 5. Gan-
densis virgo, ait, diu nostris temporibus vaco-
rat orationi, & sacramenta frequētarat, sed ve-
nō satis exercitatum naēta fuerat cōfessarium,
vel si naēta, ei sua secreta spiritualia nō pande-
bat, vel bene monenti nō credebat, quicquid
horū fuerit, paulatim varijs reuelationibus
am diabolus superbiē spiritū inflauit, tandem
persuasit meritis reliquis parem esse Deiparę
virgini, deesse fecunditatem iunctā virginita-
ti illibatę: si pergat id quoq; cōsecuturam. O-
vafrum commentum & muliebri ingenio ac-
commodatum! iam illa se confessionis inob-
gam non esse rebatur. itaq; per annos aliquot
eam intermittens nō abstinebat tamen à sacra
synaxi. Quid multa? semel dū in templo ver-
satur & cōmunionem expectat, ardentius
beneficium illud reliquū postulat: audite, bo-
no sis animo, dilecta, exorasse te scito, cōcellū
tibi fecunditatis cum castimonia pręrogati-
quam petis, de cęlo cōfide te grauidatam, quā
miscuerat enim se cum demone qui lucis

gelum mentiebatur. domum reuersa sentit v-
 terum tumescere: iusto post partus tempore
 adueniente pium quēdam & prudentem adit
 ciuem bone notum, narrat rem totam, petitq;
 vt in domus eius penetralibus sibi liceat pa-
 rere, & stipulatur arcanū fore. ille nec credu-
 lus dictis de reuelatione, nec tamen sustinens
 virginem domo excludere: veritus ne grafla-
 rijam incipientibus Sectarijs materiā res vul-
 gata præberet blasphemis hereticorum dicte-
 rijis atq; lædorijs, eam suscipit, & adhibita ob-
 stetrice fida partum expectat. Misera dolori-
 bus vehementer torquebatur: tandē magnam
 pro prole humana horridorū, & villosorum
 scedissimorumq; vermium copiam effudit v-
 tero, quorū tam dirus erat aspectus vt omnes
 exhorrescerent, tam teter odor vt foetore fer-
 me exanimarentur. Sic demū misella se delu-
 sam intellexit, & superbix suæ fructū à super-
 borum principe retulisse quem oportebat.

Greg. Turon. Refert quomodo & virū do-
 losus ille coluber supplantarit, S. Friardus, ait,
 cum Secudello Diacono in supradicta insula
 stetit immobilis, habebat tamē vterq; eorum
 propriam cellulā, sed procul inter se politā.
 Cumq; strenuē in oratione persisterent nocte
 Secudello apparuit tentator in specie domini
 dicēs: Ego sū Christus quē cōtinuo deprecaris
 iā enim sanctus es, & nomē tuū in libro vi. cū
 reliquis sanctis meis adscripsi. egredere nunc
 ab hac insula & vadens fac sanitates in populis.

li 4 His

22.

lib. de vit.
 Patrum c.
 10. cita.
 Sur. 4. aug.

His & ille illectus deceptionibus discessit ab insula, nec socio nunciauit: tamen cum infirmis in nomine Christi manus imponeret, sanabantur. Reuersus autem post multum tempus ad insulam, venit ad socium cum vana gloria, dicens, abij extra insulam & virtutes multas in populis feci. Cumq; conterritus ille interrogaret quid hoc sibi vellet, cuncta que gesserat simpliciter pandit. At senex obstupescens, suspiransq; ac lacrymans ait: Vae nobis in quantum audio à tentatore delusus es: vade age pœnitentiã, ne vltra tibi præualeant ei doli (Lapsus est 1. quia occulta ex superbia credidit se sanctũ, & ex hoc frontispicio non cognouit dolosam machinam. 2. quia defecit à bono proposito manēdi in illa insula. 3. quia clam habuit magistrum consilia sua, & obedire illi neglexit. Subiungit vero Greg. quomodo victus vicerit, fretus humilitate, obedientia, & oratione). Secundellus cum fletu ad pedes eius prosternitur, rogans vt pro se donum deprecaretur, Cui, veni, inquit, & patenter eius omnipotentiam pro salute anime poscamus, non est enim difficilis dominus confitentibus misereri, cum ipse per Prophetam dicat: Nolo mortem peccatoris sed vt conuertatur & viuat: orantibus autem illis aduenit iterum tentator in simili specie ad Secundellum dicens: nonne præceperam tibi, quod oues meæ morbidæ essent & Pastorem indigerent, vt egredereris & visitares atque

opem sanitatis eis tribueres. Et ille: in veritate comperi quod seductor sis, neq; te Deum credo, cuius te speciem mentiris habere. Tamen si Christus es, crucem tuam quam reliquisti ipsam ostende, & credam tibi. Cumq; non ostenderet, Diacono crucem in os eius faciente, confusus evanuit.

32.

Romanus Diogenes in oriente imperator fortunæ (si Christiano dicere licet) ludus statim ex imo ad summum rursusq; ex summo ad imam maiori impetu ruit. Plane secundum illud Prou. 16. ante contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatio spiritus, homini contigit. Nam cum anno Christi 1071. pugrans aduersus Turcas oblatam pacem ab Asan Sultano per Legatos magno arrogantiæ supercilio reiecisset, ipsumq; cum suis proficiscentem esset aggressus, diremptus noctis crepusculo cum rediret ad suos: Postremæ acies existimantes illum fugere in fugam se ipsos irreuocabilem dederunt, adeo vt fuga milites sparfos adoriendi hostibus occasio fuerit patefacta, qua benè vti victoriam insperatam adepti captiuum duxerunt etiam imperatorem, quem ille benigne habuit sua quoq; mensa dignatum. Cum aliquando (inquit Europalates) Sultanus eum interrogasset: Quid mihi fecisses, si me in tua potestate habuisses? respondit: multis plagis bene notis tuum corpus confecissem. At ego, inquit Sultanus, tuam seueritatem aut crudelitatem non imita-

bor, veruntamen audio vestrum vobis praecipere Christum pacem & obliuionem malorum, superbisq; resistentē humilibus gratiam dare. Prestititq; ex animo dux barbarus quod promisit. Creato autem alio imperatore missus Andronicus in occursum Diogenis eundē captum nigraq; veste indutum super malum humanæ miseræ spectaculum factum toto illo perlongo itinere perduxit, cui & iussit nouus imperator effodi oculos, sed vulneribus ex suffossione oculorum non curatis cum eius caput intumisset et vermibusq; seateret, grauiolens, horribilis visu, vt humanum ostentum expositus omnium oculis finem viuēdi fecit. luens hic pœnas, ne æternas incurreret.

24.

Anno 1600. Cum cuiusdam Groningensis ob religionem Catholicam Monasterij Westphal. exulans mense Sept. Embriae diisset vltimo eiusdem narrauit corā R. Nicolao Aresdorffio Aconensi Episcopo Suffraganeo Monast. R. do P. Theodoro

Refectore Collegij & tertio sacerdote de Sate, nobilibus item viris diuersis huiusmodi historiam, quam & alij probatæ fidei Embda venientes astruunt: Ante aliquot ptimanus Embdæ scemina quædam ex conpositione & aptatione collarium quædam ciens publicam locabat operam. hanc dem in specie adolescentis cum aliquot collaribus adiens, petit ea sibi non vulgariter componere.

Nisi magistratus prohibuerit mercatoribus ne huiusmodi colore & fucū caco-dæmonis vendāt clamantū,

neque cæruleo imbuti colore (vt iam super-
porum mos in Hollandia & alijs vicinis lo-
cis obtinuisse dicitur) sed nouo insolitoque
modo colore rubro tincta aptari, cumque
mulier negaret se huiusmodi nosse composi-
tionem, ipse partim scripto partim ad oculo
demonstrando informauit mulierem.
Recepit igitur illa in sequentem diem parata
fore, quia citius expediri posse negabat. abijt
adolescens, sed media nocte, splendente luna
constitit ante lectum poscens collaria, mu-
lier territa, grauius obiurgat, quod furtim
media nocte ausus fuisset ingredi domum su-
am. Verum maiore paulatim illam timore
inuadente cum suspicaretur quod res erat,
Iesum in clamat, nec mora, dæmon, vitro
de fenestra sumto integreque proiecto in ter-
ram euasit. Ex illo tempore mulier salu-
briter statuit non amplius collaria compo-
nere.

Anno 1589. 19. Martij Hildesio scripsit
vir & à doctrina & à pietate optime armatus
in Bacchanalibus hic in pago quodam Catho-
lico superbus quidam rusticus dum è sympo-
sio filiam cum cætharo pleno ad vxorem mi-
sisset, filiaq; casu cereuisiam effudisset ira cõ-
motus puellamq; obiurgans eidem minatus
esse dicitur quod eo vespere eam adhuc verbe-
raret, aut dæmonem in se intraturū. Sic igitur
irarum plenus dum domū reuertitur cõtinuo
insanire occipit, & securi arrepta ita in domo
sua

mutuo, e-
rit de mul-
tarum Res-
rúp. salute.
Quor enim
stulti misse-
re à diabolo
decepti
formam
in hac ma-
xima de-
formitate
quæritur?
&c.

25.
hæc duo
exempla
continent
potius pœ-
nam iracū-
diæ.

sua tumultuatur, vt liberi in plateam excur-
 rentes vicinos inelamarent, quo patri despe-
 raturo, vt putabant, succurrerent, iam fere
 cōnubia nox erat & pleriq; rusticorum se do-
 mum receperant vt crapulam edormirent, i-
 taque huiusmodi clamoribus excitati partim
 ex ædibus suis lectisq; partim è caupona pro-
 silientes accurrunt & insanientem domi suæ
 tumultuantemque accedunt, timore percussus
 vnus autem reliquis audacior, qui domum
 intrare non audebant, Siue dæmon, inquit, do-
 ue mater eius sis in nomine Iesu ad te ingre-
 diar. Et his verbis subito in domum irruens
 iuxta obsessum securi armatum se colloca-
 Et hic, inquit, in nomine Iesu sedeo ferias ne-
 si audes. Tum obsessus securim cōtinere, tre-
 uum videre ac tremere, accurrunt interim
 rustici. Et vt probent num obsessus sit, dicas,
 inquit, Iesus in corde meo, quod cum pro-
 ferre nollet, iterum, dicas, inquit, Domine
 Deus pater cælestis. Sed nec hoc proferre ve-
 luit. Postquã ergo tres viri quatuorve securam
 illi ex manib' extorsissent, ipseq; aquam adbe-
 uãdas manus postularet, rustici statim aquam
 benedictam adferunt, alij herbas benedictas
 & crucem ex illis factam porrigunt, quam
 tim fregit. alij ceram benedictum accendunt,
 iterumq; accendunt, sed semper exstinguit.
 Rustici itaque (quod crapula eos animo he-
 res reddidisset) certatim dæmoni insulant, &
 minantur illi se in eas ipsum angustias dedu-
 ctur.

sturos tamque molestos illi futuros ut exire cogatur. Tum dæmon, non diu, inquit, hic manebo. interim dum sic à rusticis obsessus tractatur, incipit bis vomitum reddere, tanto cum fœtore ut intolerabilis astantibus videretur. ubi autem euomisset, ad se reuersus, Iesus, inquit, in corde meo, & tamen de dolore, quem ex omnium membrorum concussione sentiebat, conquestus, ad lectum deducitur. Necdum omnino cõualuit, & vtrum plane liberatus sit adhuc nescitur. Res accidit, aut pridie, aut ipso die cinerum. Ita Catholici rustici semipoti in Bacchanalibus contra dæmonem potetiores fuerunt quam omnes hæretici prædicantes in generatione sua quantumuis sobrii, & inani fide plenissimi.

Cum Abbas Moyses singulari pietatè monachus cum sanctissimo Abbate Machario disputans verbum paulo durius atque liberius protulisset, incõsideratã pœnas illico dedit, nam malus dæmon à quo Dei permisso arreptus fuerat ventris fœcibus, quæ & secretam & immundam eiectionem habere solent, humanoq; stercore os faciemque subinde fœdabat, sed Macharij precibus omnis illa dæmonis & agitatio & iniuriosa fœditas cõquieuit.

Aaronis filij puniuntur ob superbiam Leuitico, quia enim patris auctoritatem spernunt & contra legem Dei munus indebitum vsurpant (veritum ignem adolentes) igne cœlitus immisso miserè consumuntur.

Iezabel

26.

Cassian.
collat. 7.
cap. 27.
Algere disputationū
non decet
neq; ita tam
men arde
re ut in ea
sic fumus
& ignis.

27.

28.

Iezabel faciem suam ornans improbia
lecebris ducem Iehu Regem in sui amore
pertrahere conatur sed spe sua frustrata de
nebra præcipitatur, 4. Reg. 19.

29.
Sur. in
lan.

Legitur apud Simeonem Metaphrasten de
Iacobo Eremita non solum vitæ sanctitatem
conspicuo apud fideles ac infideles (de quibus
multos ad veram fidem perduxit) sed etiam
maximis miraculis claro, qui totos 40. annos
in solitudine solis herbis & radicibus vitam
tolerarat, & nocturnis diurnisque horis con-
tinerenter precibus vacarat. Huic insidias
ens Sathan, scæminam locupletum parentum
filiam ingressus est, per eam nomen sancti I-
cobi prodit, parentes eam ad tugurium me-
diu quæsitum adducunt, exponunt filiam
riam, ut quæ iam à 20. diebus nihil cibi potus
ve degustasset, & proprijs manibus carnes
as discerperet. Orat pro illa sanctus, dæmon
abscedit. Parentes veriti, ne breui reuerter-
tur, obsecrant sanctum ut biduo saltem
secum retineat. ille, ob sanctitatem vitæ su-
rioris & miracula nimium sibi confidens, re-
sentit. At Deus videns eum suæ imbecillitatis
immemorem pristinum suum auxilium
subtrahit, permittitq; eum labi non solum
sacrilegam fornicationem, sed etiam homici-
dium, nam post lapsum reformidans ne pro-
la scelus aliquando patefaceret, eam è m-
sustulit. Quo casu cõmemorato Metaphr-
iungit, huius ruinæ nullâ aliam fuisse causam
qu-

quam occultam monachi superbiam. Perpendens vero Iacobus quã tetro scelere se inquinasset, in tantam desperationem animi venit, vt cogitaret deserta vita religiosa redire ad mundum: sed clementissimus Deus memor laborum quos pro Christi nomine tot annis sustinuit, diuinæ lucis radijs eius animum perper alium quendam Dei seruũ ita perstrinxit, vt spe veniæ impetrandæ erectus sese in perpetuum quoddã sepulchrum subterraneum integro decennio vsq; ad mortem abdiderit, noctu diuq; cum asperrima pœnitentiã lapsum suum incredibili dolore animi assiduis lacrymis & tanta cõfusione sui deplorans, vt neq; oculos in cælum attollere auderet, nec cum villo mortalium miscere sermonem, plenã sui diffidentiã assecutus. Disce hinc 1. ne vnquam in præterita sanctitate confidas et si miraculis sit cõfirmata. 2. quam pernitiõsa sit superbia. 3. si lapsus fueris ne animum despõdeas. 4. occasionem labendi fugere. Qui enim amat periculum peribit in illo.

TEMPLORVM ALIARVM QVE
rerum sacrarum violatio
punitur.

vi. de Sacri-
legis. & de
idololatria

CVM Azotij gens Arabica arcam fœderis
reliquis sacris plenam in templum portarent & apud ipsum Dagonem qui execrandum illorum idolũ erat collocarent, fecit Deus vt mox illa nocte statua Dagonis, nemine eam

1.
1. Reg. 5.